

- 89 Qui potuit causam expedire, & dimisit expediendam successori, tenetur, ac si male expedisset.
- 90 Negligens exequi citationem ab alio Iudice transmissam, facit litem suam.
- 91 Negligens condemnare victum in expensis, quando iustitia exposcit, tenetur de suo.
- 92 In Criminalibus Iudex negligens graviter culpatur, ut si non vindicet crimen privati carceris, incidit in crimen lese majestatis.
- 93 Negligens punire hæreticos, condemnatur in decem libris auri, & censetur hæreticorum fautor.
- 94 Negligens punire corruptores monialium, privatur officio.
- 95 Negligens punire violatorem pacis, tenetur ad damna.
- 96 Violans juramentum de non accipiendis muneribus, incidit in crimen publicum.
- 97 Negligens punire sceleratos, poena illis debita meretur puniri.
- 98 Ita si negligat accipere querellas, & procedere contra accusatos, vel non faciat restituere furto sublata, num. 99.
- 100 Si pari possit adire alium iudicem diligentem, debet sibi imputare, si iudicem negligentem scienter elegit.
- 101 Non appellando operatur favore partis, non iudicis.
- 102 Tunc negligentia imputatur Iudici, quando perit jus parti, secundum aliam sententiam.
- 103 Examinatur tex. in l. 4. §. si tam Vicinum ff. de damno infecto.
- 104 In plures poenas incurrit Iudex negligens.
- 105 Prima, in negligentia gravi privatur officio, si non sit perpetuus, si vero perpetuus datur ei coadiutor; nisi semel tantum fuisset negligens, num. 106.
- 107 Secunda poena, est quod amittit salarium.
- 108 Tertia, quia venit puniendus poena, qua debuisse puniri delinquens.
- 109 Quarta poena, quod causa devolvat ad Superiorem, vel superior potest causam sibi advocare, num. 110.
- 111 Iudex negligens tenetur resarcire damna partis.
- 112 Si dedit tutorem non idoneum tenetur ad damna in subsidium.
- 113 Non puniens facientes Monopolia, punitur poena 50. librarum auri.
- 114 Negligens humiliores subditos liberare ab op-

- pressoribus, tenetur reparare damna, & n. 115.
- 116 Et casu quo Iudex inferior nequeat, debet referre ad Superiorem, qui oppressos sublevet.
- 117 Quando Iudex faciat litem suam, & quid hoc importet.
- 118 Non tenetur resarcire fisco poenam, quam ille lucratus esset, si Iudex diligenter iudicasset.
- 119 Iudex negligens dolose administrare Iustitiam, tunc tenetur ex maleficio.
- 120 Ubi poena non est in Jure determinata, imponitur arbitrio Iudicis.
- 121 In quibusdam casibus recensitis poena est capitalis.
- 122 In quibusdam est pecuniaria.
- 123 Possunt etiam excommunicari in quibusdam casibus.
- 124 Iudex in dubio facti non iudicans, non est negligens, sed potest Reum absolovere, nu. 125.
- 126 In dubio Juris, factis debitis diligentibus Iudicat favore rei.
- 127 Multoties datur Iudex negligens, permissente Deo, in poenam peccatorum populi, non tamen ex eo Iudex excusatur, num. 128.
- 129 Iudex Laicus non supplet negligentiam Iudicis Ecclesiastici, & negligens remittere Clericum captum ad suum Episcopum, tenetur remittere postea propriis expensis.
- 130 In casu preventionis Iudex preventus supplet preventientis negligentiam.
- 131 Hodie Iudices non syndicanur de culpa levi, & levissima.
- 132 Appellans deberetur jurare se non dolo, neque calumnia appellare, sed Iudices id neglexerunt.
- 133 Tenetur Iudex respondere pro apostolis in termino à jure Statuto, alias est negligens.
- 134 Nemo potest habere privatos carceres.
- 135 An liceat dare munera Iudici negligenti, ut justam pronuntiet sententiam, & ad redimendam vexationem iniustam, num. 136.
- 137 Si ob negligentiam Iudicis carceratus moriatur, qua poena Iudex puniatur.
- 138 Cognitionem cause violatæ Gabelle, salis esse dividendam inter D. Assessorem Iudicem delegatum Gabelle, & D. Locumtenentem ad Criminalia discutitur, & obiectis satisficit.
- 139 Continentia cause potest dividi si deficiat Jurisdictione in uno Iudice.

## ARTICULUS XXII.

## De Negligentia Iudicum.

**D**E Negligentia Iudicum aliqua strictissime tangit, Gomez. ad reg. Cancel. de Trienniali possessore quest. 28 Vers. in primis igitur fol. mibi 214. Iudicum autem negligentia in administranda iustitia culpabilis, & punibilis est, quia quando aliquid incumbit ratione officii, paria sunt facere non facienda, & non facere facienda, ut in Tutore, & Curatore, tex. est in l. 1. in princip. ff. de tutor. & curat., facit tex. in l. si quis in conscribendo in fine, & in l. si quos Iudices C. de off. pref. praetor. orient. l. mancipia C. de serv. fug., & alibi plures. Anedens tract. de Syndicatu num. 69., & seqq. licet Castill. decis. Regni Siciliae 162. num. 34. vol. 2., dixerit, quod ex universali consuetudine officiales perpetui non inquiruntur de negligentibus, & omissionibus, ubi n. 17., quod si Iudices aliquando fuerint inquisiti de neglectis, & omissionibus, semper tamen fuerint absoluti, verum ex allegatis per Carenam resolut. forens. 9. num. 17., id intelligitur si negligentia fuerint sine dolo, nec dolo proxime; Sicque posse habere locum in Iudicibus, qui mundas habent manus, & quorum negligentia potius ex multiplicitate causarum, & agendorum, quam ex voluntate suboritur.

2 Tenentur autem Iudices de dolo, culpa lata, & culpa levi, eo quia cum electio, & assumptio Iudicum, sit contractus gratia utriusque celebratus, id est gratia populi, seu eligentium, ut administrent iustitiam Reipublicæ, & omnibus subditis, gratia vero Iudicum propter salarium, & honorem, quod inde consequi debent, quando autem contractus celebratus est gratia utriusque, tunc tenetur de dolo, culpa lata, & culpa levi, l. si ut certo §. nunc videndum ff. commoda; non tenetur autem de negligentia levissima, nisi promitterent se diligentissimos futuros, forte ut pralationem, vel majus stipendium consequantur. Lessius de Justit. & jur. lib. 2. c. 7. dub. 7. num. 32.

De hac ergo Iudicum Negligentia in presenti articulo plura sunt inquirenda, sed

in omnes casus, in quibus Iudices possunt negligentia notam incurrere, exacte referre, & examinare laboriosum semper existimavi, quapropter aliqua tum in genere, tum in particulari de Iudicum negligentia recensere, quæ vero fuerint omissa, diligens, & studiosior lector suplebit.

3 Præmittendum est autem, quod Iudex negligens facere, quod sibi incumbit ratione officii, præsumitur esse in dolo, l. dolus est ff. mandati; Petrus Barbosa in l. si filius famul. num. 6. ff. de Judi., ubi quod dolus est in omittendo. Gramatic. cons. 54. num. 9., nam negligentia in Iudice est lata culpa, & sic dolus præsumptus, ut notavit Paris de Puteo de Sind. V. negligentia c. 1. num. 15., quia absque sententia, damnum infert l. lectos cum l. sequenti ff. de pericul., & comod. rei empt.; Negligentia enim, & contemptus æquiparantur, Lucas de Penna in l. ne diutius num. 5. C. de numerariis lib. 12., & in l. si quis num. 8. C. de naufrag. lib. 11. ubi num. 18., limitat id verum, post admonitionem, tunc enim negligentia aggravatur quantum ad culpam, & quantum ad poenam c. indigni 12. q. 2.; hinc est, quod Iudex, si ex simplici negligentia absque dolo, non observat statutum, quod juravit observare, non incurrit perjurium, neque perjurii poenam, ad quæ requiritur dolus, Anedens de Synd. num. 185. in vol. 6. tractatum.

5 Deinde, ut Iudex constituatur in mora, & negligentia culpabilis, debet interpellari dum sedet pro tribunali, ad tradita per Baverium de mora p. 1. num. 14., & p. 3. nu. 7. ad finem Fusc. Vers. negligentia concl. 32. num. 10., & concl. 33. num. 7., Salgad. de protect. Regia p. 2. c. 1. num. 196., & p. 3. cap. 13. num. 70., Farinac. q. III. num. 429., Castald. in tract. de Syndicatu q. 122. num. 68.

6 Ex pluribus capitibus potest Iudex negligentia notam incurrere, & quidem 1. non faciendo continuam residentiam in loco officii, & sedere Statutis horis in suo tribunali, ut sic possit quilibet de populo ad eum confugere, & ejus officium implora-



re, & iustitiam consequi; *Amedeus de Syndicatu num. 68.*, & *num. 105.*, nam Iudex tenetur diebus iudicis sedere ad Jus reddendum à mane, usque ad vesperam, si ve horis consuetis, *Autb. de Iudiciis s. se debunt*. Secundo si non retinuerit familiam, & cetera necessaria pro Iustitia administranda, *Amed. de Synd. num. 86.*, Tertio si ob ignaviam negligat jura pervertigare, libros revolvere, ad peritorum consultationes studiosè incumbere, processus examinare, & jura partium metiri, cunctaque in processu resultantia rimari, quod tenetur *c. Judicantem 30. q. 1.*, *Pax. Jordā. lucubratur diversorum vol. 3. lib. 13. tit. 5. de off. Judic. num. 1.*, & sic ex imperitia male iudicat *l. 11. Iudex. ff. de extraord. cognit.*, Ubi *Alberic.* notat, quod Iudex evitabit pœnam illius legis, si consulat peritiores. *Bald. in l. mancipia num. 2. de Servis fugitivis*. Quarto si quando partium jura deferuntur ab Advocatis, vel Procuratoribus, vel etiā ab ipsis partibus profacti, & juris informatione Iudex ad alia distrahatur puta ludū, vel discursus alienos, vel etiam ad revolutionem librorum, scripturarum, ad eam causam non facientium, vel somnum occupari se sinat, ut de Filippo Macedone in cognitione causæ cujusdam Machitæ, qui propterea à Sententia appellavit, & interrogatus ad quem, respondit ad te Regem vigilantem, ex quo Philippus correptus, litis aestimationem rependit, sicuti, & Ptholomeus Rex Egypti, qui ludens tesseris capitales noxas iudicabat, à Sorore correptus, quod non essent similia tesserarum, & hominum iudicia, diligentius impostorum omisso ludo, Iudicis officio functus est. Quinto si in causis gravibus dimittat testiū examen actuario, & multoties imperito, vel corrupto, ob quod non levia sequuntur incomoda, unde dici solet, quod negligentia omnia lædit *s. sed pigritia collat. 6. Aut. de quæstoribus*, & *l. Penultima C. de collation.*, *Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 30. num. 21.*, & *seqq.*

7 Amplia primo, etiam in affessore, qui pariter ex imperitia sua tenetur, si diligenter debet cuncta rimari alias, de negligentia condemnatur, *l. hoc edito ff. quod quisque Jur.*

8 Amplia secundo, etiam in arbitro negligente, jura partium investigare, & cun-

cta rimari, negligentia notam incurrit, *l. si quis in conscribendo C. de partis*.

9 Ideoque Iudex, qui neglexerit allegationes partium, punitur in syndicatu, *Paris de Synd. in Vers. Allegationes num. 3. 4.*, nec verificabitur quod ponit in sententia, scilicet visis, videndis, consideratis considerandis &c., quia ea videre, & considerare neglexit, & in eo quod male iudicat ex tali negligentia partem gravat, *l. ait prætor s. perimitur ff. de minor. 25. ann.*

10 Iudex notatur de negligentia, si diutius differat causæ expeditionem, aut omnino non negligat, & pronuntiare recuset, *l. properandum s. si autem utraque C. de jud.*, & *de Iudice Ecclesiastico, ut tex. in Trid. sess. 24. c. 20. de reform.*, quo casu, etiam causa potest avocari à Iudice negligente. *Menoch. de arbitr. cas. 202. num. 20.*, *Scaccia de jud. lib. 1. c. 66. num. 11.*, & *seqq.*, & *de Appellat. q. 15. num. 280.*, *Barbosa ad dictum Cap. 20. Trid. sess. 24. num. 14.*, & *seqq.*, *Salgad. de protect. Regia p. 3. c. 13. nu. 69.*, & *seqq.*, ubi *num. 70.*, quod prærequiritur trina monitio, ut dictum est supra, & *n. 74.*, ubi ostendit, quod Iudex negligendo, & nihil agendo in hoc casu, dicitur vim inferre, ita ut sit recursus ad Superiorem.

11 In casu ergo quo Iudex est negligens, delinquit in Deum, quia peccat, in Principem, quia est infidelis, in partem litigantem, quia ipsam gravat *d. l. ait prætor s. perimitur ff. de min.*, *Paris de Synd. in Vers. l. sua num. 6.*, facit *tex. in l. Properandum s. si autem utraque C. de Jud. in c. pastoralis num. 6. de off. ordin.*, diutius autem differere, dicitur quando non facit id quod facere tenetur intra tempus sibi à jure, vel à Statuto præfixum. Quod si tempus aliquod non est in jure determinatum, debet procedere quam primum potest, alias dicitur negligens, ut post *Paris de Synd. Farinac. q. 3. num. 433.*, *Amed. de Synd. num. 74.*

12 Peccat quidem in Deum, & in proximū, dum ex nimia dilatione potissimum in re gravi, lædit iustitiam, gravat partes in expensis multiplicatis, est causa damni, & lucri cessantis, ex quibus omnibus damnatur de læthali culpa, *Reginald. lib. 25. num. 653. in fin.*, *Sayn. Clavi regia lib. 12. c. 17. num. 86. V. solum procedunt*, ita ut teneatur

tur ad refectionem damnorum, & expensarum, ut infra dicam. *Vivius Commun. opin. lib. 1. opin. 30. num. 28.*

13 Limita primò, si Iudex differat expeditionem alicujus causæ ob multitudinem causarum, quia tunc, non stat pereum, neque negligens dici potest. *Salgad. de Protect. Regiap. 3. c. 17. num. 35. allegato c. Venerabili de Iudiciis l. Properandum s. si autem*, & *s. de illo C. de Iudiciis*, *Farinac. praxi q. 151. num. 434.*

14 Limita secundo, si processus non esset sufficienter instructus, vel pars non solvat dubia à Iudice excitata, vel sint juris, vel facti, quia tunc per partem stare dicitur, & non per Iudicem, ita post *Paris de Synd.*, *Farinac. d. q. 111. num. 434.*

15 Limita tertio, si Iudex impediret infirmitate, vel justa absentia, ut post *Scacciam*, & *Aret.*, notat *Pigant. ad Statuta Ferrar. tom. 1. rubr. 63. num. 21.*

16 Limita quarto, si corrente tempore à jure concessio, Iudex mutetur, puta expirat officium, vel alia ex causa removeatur, quia tunc per Iudicem neque stare dicitur, *l. properandum s. si autem post medium C. de Jud. Pigant. d. rub. 63. num. 22.*

17 Limita quinto, si dum Iudex paratus est pronunciare, superveniant nova jura auctori, vel reo, puta privilegium, aut rescriptum, ex quibus nova consideranda sint, quia tunc protellatio iudicii, non stat per Iudicem, *Trentacinq. Variarum, resol. tit. de jud. resol. 4. num. 27. Vers. in quinto, & ultimo casu.*

18 Limita sexto, si pars non obtulit, seu deposuit salarium, quia tunc Iudex non tenetur pronunciare, *Bossius de officiali corrup. sub num. 25.*, quod cavetur in nostro *Statuto Ferrar. lib. 2. rub. 63.*, *Leonil. decif. Ferrar. 12. nu. 3.*, & *Pigant. ad Statut. Ferrar. rub. 84. nu. 3.*

19 Porro Iudicis negligentia cadit sub syndicatu, & punitur Iudex, dum obligatur, ex quasi delicto, omittendo, quæ ad eum officium spectant. *Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 30. num. 26.*, *l. Diuus Marcus in fine ff. de off. præsidis. Aretin. Jusit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur s. 1. num. 8. Vers. secundo*, de quibus rebus debeat syndicari, & dic de quolibet omisso, & *nu. 10. V. quinto*, syndicatur de negligentia, *per tex. in l. mancipia ibi*, si sollicitudine defensoris non

fuerit requisitus, & revocatus, idem defensor duo vicaria mancipia exigatur, ubi *glos. in Vers. exigatur C. de serv. fugit.*, *l. si quos iudices*, ibi vel propter negligentiam *C. de off. præf. prætor. orien. l. Iudices*, ubi *glos. in V. compellantur C. de annon.*, & *trib. lib. 10.*, *Paris de Synd. num. Vers. negligentia*, *Farinac. prax. crim. q. 111. num. 397.*

Ad quod omitti non debet *tex. in l. rem. non novam C. de judic.*, ubi dicitur Antiquos Iudices non aliter judicalem calculum accepisse, nisi prius Sacramentum præstitissent omnino, se cum veritate, & legum observatione iudicium esse disposituros, unum potissimum considerantes, quod non magis alios iudicant, quam ipsi à Deo præsentate iudicantur, & non negligenter, sed terribili iudicio.

20 Limitant tamen plures allegati *per Farinac. d. q. 111. num. 425.*, quod licet de rigore juris, Iudex, & Officiales syndicentur de omni negligentia, de consuetudine tamen ex scrupulosa negligentia, inquisitio non servatur, quia non syndicatur officialis nisi de negligentia dissoluta, & dolo proxima, *Bossius in tit. de official. corrupto nu. 26.*, *Clar. in prac. s. fin. q. 73. num. 3. Vers. item Iudex.*, *Bertazol. cons. 71. num. 4.*, & *cons. 81. num. 2.*, *Paris de Synd. V. negligentia c. 1. num. 11.*

21 Sed ante omnia, quærendum est, quanti temporis lapsus requiratur, ut Iudex differendo causæ expeditionem dicatur negligens, contingit enim quandoque, ut Iudices videntes articulos satis obscuros, & implicitos ex ignavia, & fœcordia, ut dicit *Carleval. de Jud. tit. 2. disp. 5. num. 17.*, diutius procrastinant ad evitandum studiosum laborem.

Et quidem in causis Ecclesiasticis tenetur Iudex infra biennium à die motæ litis causam terminare, *Trident. sess. 24. c. 20. de reform.*, quæ temporis limitatio tantummodo taxata est Ordinariis, & in prima instantia, nempe Episcopis, vel iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, non verò aliis, aut inferioribus, aut majoribus, *Franc. Leo Thesaur. for. Eccl. p. 2. c. 1. nu. 70. 71.*, in Iudice verò delegato terminus non incipit currere nisi à die præsentationis rescripti, non autem datæ, *Felin. in c. cause num. 19. de rescript.*

22 Quæ temporis limitatio, cum facta sit in odium